

accedit. Sic liquescit excusa glorie funda, et atritu seris velut igne distillat. Ex his constat qualis sit illorum status atque conditio, qui justis, seu veritis Deo contradicunt. Ut enim lapis aut exigitur ex funda, aut in ea rotatur, et susque volvitur in circulo funda, sic impius in iugis quādam sollicitudine ac turbine versatur, et tōdem eō projectus, ubi mortem subiectus sempernatur.

VERS. 50. — CUM ERGO FECERIT DOMINUS TIBI DOMINO NEO OMNA, QUE LOCUTUS EST BONA DE TE, NOX ERIT TIBI HOC IN SINGULUM, ET SCRUPULEM CORUM. Non dubium quin homo prudens, qui quo ab aliis observari et amari cuperet, si in alterius loco sederet, quals est regius, doleret graviter, cūm à se reperiret admissum aliquid vel crudelē, vel injustum, maximē in suis: sed enim illa, in quibus aliquid turpitudinis est, exuri possunt ex aliorum memoria, qui non omnīum fidemus esse putant illi, cuius ingenium aut nimium praecepit esse noverunt, aut parim clementis et aquilatim amans. Hoc ergo monet Abigail, ut apud se iterum et saepius reputet David, ne aliquid nunc, dum suū nimium obsequitur furori, infigantur, quod in aeternū cruciet, et incessanter ploret. Illud est enim esse in singulum, quia diuturna plorandi suggestor materia; et in scrupulū, quia nunquam deerrit quod conscientia crudelitatis animum semper compungat et exagit.

QUOD EFFUDERIS SANGUinem INNOXium, AUT IPSE TE CLITUS FUEIS. Singulus et scrupulus ideo vexant Davidis animum, quod innoxium sanguinem suū manu, et privati auctoritate profuderit. Innoxium verò sanguinem appellat Nabalis, quia etiam ingratuerit et iniquus, intemperans et maledicta lingue, nihil tamen admiserat, cur capitati poena, neque à potestate publica multari debuerit. Neque enim alienum rapuit, sed suum homini suplici negavit: in quo licet reprehendi possit inclemencia et sermoni inurbanus libertas, non tamē ex fuit utrūque gravitas, ne tam severo supplicio comparata, Nabalis sanguis judicari non possit innoxius. Addit, quod licet proverbiis esset dicendi forma, quā suam offensionem et iram expresserat David, verbā tamē aliquid significabat magis, nempe omnium, quae ad illam familiam pertinebant, interitum, usque ad canem, et si quid cane viuis: quare fieri non poterat, ut aliquis extantā multitudine sanguis non esset innoxius. Altera causa esset singulus, et scrupuli, quia

quod publica potestas pro alienā injuriā vindicandā facere potuisse non iniquū, id si quis in sua causā suā manu atque judicio faceret, non esset non iniquum. Porro David eo tempore licet esset unctus a Samuele, et rex aliquando futuros designatus, si tunc neque populus illum regem admiserat, neque designationem illam omnes, sed admodum fortasse pauci cognoverant. Quare neque justē, neque legitimē suas tunc poterat injurias perseguiri.

ET CUM BENEFECERIT DOMINUS DOMINO MEO, RECORDABERIS ANCILLE TUE. Dura hic ego expositiones in te. Altera est orare Abigail, ut quando David regnum obtineretur, ad quod jam ante a Domino designatus est, ipsius recordetur, et regiam in ancillam suam liberalitatem ostendat. Ita Abulensis et Dionysius. Imō quidam ex Hebreis putant hanc esse prophetiam Abigail, quasi praesentem futurum, ut brevi Nabal excederet à vivis, et ipsa advocanda ad regi thalamū societatem. Hoc posteriorus confutat moritū Abulensis. Altera expositione est, ceius ego neminem patronum video, tunc cognitorum esse Davidem, cūm ad regiam sedem sublatus fuerit, quām hoc documentum fuerit opportunitum, quo nunc ab effundendo inoxio sanguine revocatus est; neque enim tam habetur gratum populū, quem in regiam fidem, tutelamque suscepserat; neque ab illo jus accepterat regium, quem tam inoxii et fraterni sanguinis effusione graviter offendisset. Quis enim dubitat, cūm tamdiu Urias cædes, et violatus thalamū Davidis animum acerbe compunxerit, naturreque fecerit nocturnis lacrymis lectum, in quo decumberet, ploraturum quoque, laturumque molesti Nabalis cædem, et familiæ innocentis juratum exitum? Quare recordaretur huius tam opportuni documenti, et gratias ageret ei, cuius occurrus, admonitioneque prudenti, manus suas revocasset impollutas a sanguine (1).

VERS. 52. — ET AIT DAVID AD ABIGAIL: BENEDICTUS DOMINUS DEUS ISRAEL, QUI MISIT HODIE TE IN OCCURSUM MEUM. Resipuit David ad hanc tam graven et attemperata orationem, et recepit se ab eo furore, quem ante

(1) VERS. 51. — ET CUM BENEFECERIT DOMINUS DOMINO MEO, scilicet ibi, ut te ad regnum elevabit, RECORDABERIS ANCILLE TUE, ut scilicet mihi beneficias; videtur præssagire et tacite petere Abigail, ut asciscatur in uxorem Davidis, eique regi stat regina.

(Cern. à Lap.)

conceperat, et gratias agit primū Deo, qui hanc mentem dedit Abigail, ut se offerret obviam, et astantem animum ardore vindictæ quasi gelida irrorata restinguenter. Deinde Abigail, quæ sermone usque adeō prudenti armatas manus, et spiritus ad eadem anhelantes inhibuit. Nam si non se medianū interposueret, statuerat jam omnī ex familiā, rebusque Nabali, neque mingentem ad partem esse relinquendum, idque antequam matutine lucis sese radii diffundenter. Accepit igitur hospitale munus, quod attulerat, atque illam domum cum honore, ac bonā gratiā dimisit (1).

(1) BENEDICTUM ELOQUIUM TUUM. Hebreus: Benedictum discretio tua, consilium tuum, sapientia tua, esto benedicta. Septuaginta: Benedictus modus tuus, agendi ratio.

Que le Seigneur soit bénit, lui qui vous a envoyé aujourd’hui au-devant de moi; et soyez bénie vous-même, de ce que vous m’avez empêché de me venger de ma propre main. David reconnaît que Dieu lui a fait la plus grande grâce qu'il lui pouvait faire, et que cette femme si sage lui a rendu un service qu'il ne peut assez estimer, qui est de l'avoir empêchée de terminer par le sang l'innocence de sa vie, et de déshonorer sa puissance en l'employant à perdre les hommes, au lieu que sa gloire devait être de les conserver.

Il ne faut pas donner que plusieurs des gens de David ne fussent ravis de la voir ainsi arrêté pour se venger lui-même, et qu'ils ne contribuaissent de tout leur pouvoir à alimenter encore et à justifier son ressentiment, qui lui allait faire recueillir des dépourvues sanguinaires d'une entreprise qui était très-violente en elle-même, quoiqu'elle eût les apparences de la raison. On peut dire qu'ils avaient alors dans le cœur cette pensée qu'un patient a été depuis: *Tout est permis à des gens armés, après qu'on leur a refusé ce qui est juste.*

Arma tenenti,

Omnis dat, qui justa negat.
Et cependant David reconnaît très-bien que ceux qui lui étaient les plus fidèles en toutes sortes d'occasions, et qui l'exposaient tous les jours leur vie pour sauver la sienne, lui donnaient en celle-ci un mauvais conseil. Il y a, au contraire, qu'Abigail qui s'opposait au dessein qu'il avait formé, et qui lui en faisait voir l'injustice et les suites dangereuses, lui parlait comme si Dieu même lui eût parlé, et lui donnait lieu de reconnaître qu'il se rendrait l'ennemi de sa propre gloire, s'il se vengeait ainsi de l'insolence et de la dureté d'un seul homme par le meurtre de tant d'innocents.

Les rois seront heureux, s'ils imitent l'exemple d'un si grand prince, s'ils modèrinent leurs ressentiments lors même qu'ils auront été offensés, et s'ils apprendront sur toutes choses de se laisser prévenir contre des gens innocents, de ternir la gloire de leur règne par des actions auxquelles on peut donner souvent des louanges fausses et intéressées, lorsque

Sicut confundere faciem alicuius, est facere ne quod orat, exoret, sed repulso, abeat re non impetrat, sic honorare alicuius faciem, est postulata concedere. Utriusque exempla obvia sunt in Scripturā. Lib. 5 Reg. cap. 2, v. 16, dixit Adonias ad Bethsabee: Petitionem unam precor à te, ne confundas faciem meam. Et ibid., v. 20, sic Bethsabee ad Salomonem filium: Petitionem unam parvulari ego deprecor à te, ne confundas faciem meam. Revereri alicuius faciem, vel suspicere, aut erubescere, frequens est. Hoc verò idem est, quod honorare faciem; que cum ad alia etiam multa pateant, ad usum, de quo proximè, frequenter adhibeatur.

Nunc videndum, an dum injuriam suam persequitur David, et de Nabali exilio tam serio cogitat, idque interpositū jurisjurandi religione confirmat, grave aliquod peccatum admisit. Quidam negant, in quibus est Theodoretus q. 57 et 58, quia magno usu fuerat David gregibus Nabali, cum esset in deserto; neque supplices Davidis preces in tantā rerum angustiā repulsam illam contumeliam plenam pati debuerunt. Quare q. 58, affirmat iurandum de delenda Nabali familiā fuisse ira non injuste; pepercisse autem, sapientes et moderate cogitationis.

Neque deest aliqua vel ratio, vel indicium, que suadeant ab hoc consilio atque juramento abfuisse peccatum. Neque enim idēo irascitur David, quod Nabali exiguum illud vitæ subdium præcise negavit, sed quod sibi ac sociis turpem irrrogasset ignominiam, dum fugitivos appellat servos, quæ vox ingenuis animis graven inurit contumeliam. Quod autem hanc notam ex suo, suorumque nomine deleverit David, ipse docuit v. 59, qui cūm

Dieu les condamne d'injustice et de violence. Car ils doivent toujours se souvenir que quelques grands qu'ils soient, ils sont hommes, et qu'ainsi ils peuvent être surpris, ou par leur propre mouvement, ou par des impressions étrangères. Mais ils doivent espérer qu'ils trouveront des personnes qui les empêcheront de tomber dans le péril et qui leur diront la vérité, comme fit alors cette femme éclarée de Dieu, s'ils sont aussi disposés que David le fut en cette rencontre, à la recevoir et à la suivre.

(Sacy.)
(1) Honoravi te, vel aspectum tuum. Hebreus: Tuli facies tuas. Septuaginta: Sospeti faciem tuam. Nimis leviter et temere David juraverat. Quare sententiam sapienter mutat. Docet S. Ambrosius: «Est contra officium nonnullum solvere promissum, iuramentum custodire.» (Calmet.)

audiisset mortuum esse Nabal, dixit: *Benedictus Dominus, qui judicavit causam opprobrii mei de manu Nabal.* Hanc verò tam turpem, tamque ab ingenuis animis alienam notam expiare videtur potuisse David in capite Nabal. Adde quod lib. 3 Reg. cap. 15, v. 5, unum tantum peccatum dicitur admississe David: *Eò quid fecisset David rectum in oculis Domini, et non declinasset ab omnibus, qua preceperat ei cunctis diebus vita sua, excepto sermone Uriæ Hethœ.*

Sed est communis aliorum opinio, in hoe consilio atque conatu peccasse non leviter Davidem. Quod tenet Abulensis q. 5, Cajetanus, Dionysius. Neque est illius sententia ratio difficilis, quia, ut paulo ante diximus, tam severi supplicii comparatione Nabalis sanguis erat innoxius, cùm neque grave videbatur delictum, sive negati ab illo alimenta consideres, sive irrogatis ab immoderata lingua contumeliam. Neque si scelus esset capitale, puniri debuit nisi à publica atque legitima potestate, qualem tunc nondū accepserat David, cùm non tam esset constitutus et admissus à populo, quam unctus et designatus ad regnum. Quòd si etiam innocentes delere constituerat, cùm usque ad canes grassatrum diceret ferrum, quo se ad suos ad illud hostile negotium accinxerat, que ulla erit honestatis species, que tanta crudelitate possit obtendri? Accedit, quod ipsem David, v. 53, fatetur in eā cæde quam animo designaverat, interventurum fuisse peccatum, nisi prudens Abigail, a festiva sedilita armis extorsisset ē manus.

At qui, dicos, fieri potuit, ut semel tantum peccaverit David, ut nuper dicebamus ex lib. 3 Reg. cap. 15, nimis quando Uriæ thalamum adulterio, et manus sanguine fodavit? Hoc ipsum ego dicere de numerato populo, in quo fuisse peccatum, illudque non leve, probant multa hominum milia, quia in illius sceleris expiatione extincta sunt, 2 Reg. 24. Hoc autem peccatum ad verbum Uriæ non pertinebat, ut vides. Ita igitur ratione respondeamus oportet.

Interpretes non aliam adhibent solutionem, quam alia peccata, quae fatentur à Davide patrata, ejus esse ordinis ac gradus, ut cum hoc peccato de Uriæ cæde comparata, peccata estimari non debeant. Quare putant ex loco de peccatis, ut ipsi loquuntur, enormibus tantum esse sermonem, qualia, præter Uriæ verbum, non facere reliqua. Ita Abulensis in cap. 15 lib. 3 Reg. q. 5; Hugo, Dionysius, Lyra, Cajetanus.

Quæ soluto aliis fortassis meriti, mihi nullo modo satisfacere potuit. Quare tentabo alias adhibere solutiones, ex quibus lector, quam volet, eligat, nisi omnes omnino reprobandas putet.

Et antequam ad illarum vim et pondus explicandum aggredior, observo usitatum esse in Scripturā sacrā, ut quædam proponat eo modo, ut de omnibus generibus ac modis intelligenda esse videantur, que tamen de uno tantum genere, aut ordine explicari debent necessari: aut cùm de omnibus aliquid affirmet, aut neget, aliquid tamen addit, quod excludendum sit, aut addendum universalis signo. Osee cap. 9, omnes filii Ephraim, aut extinguendi dicuntur in utero, aut statim à partu perituri: *Ephraim quasi avis, avolabit gloriam eorum à parte et ab utero et ab conceputo.* Et statim addit: *Quod esti generunt filios suos, absque liberis eos faciam in hominibus.* Jeremie cap. 44, v. 27: *Consument omnes viri Iuda, qui sunt in terra Egypti, gladio et fame, donec penitus consumantur.* Sed statim dicuntur ex eo numero aliquot fore non consumendi: *Et qui fugerint gladium, reverterentur de terrâ Egypti viri pauci.* Et in hoc ipso argumento sunt exempla admodum illustrata. Hie enim ipse David factus dicitur omnes Dei voluntates, Actor. 15, v. 22, et tamen in verbo Uriæ à Dei voluntate declinavit. Quare necesse non erit, ut secundum Scripturam hæc verba quā verissima sint, ut nullo modo in aliquo peccatorum genere peccaverit David. Quod autem genus peccatorum negetur, explorandum est.

Quædam admisit peccata David, antequam regnum iniret Israel, quædam, ubi regni scriptum consecutus est; alia, quæ ad privatam, alia, quæ ad publicam economiam dissolendum ac corrumpendum pertinenter. Si verum esset, quod putat Abulensis, in numeratione ac censu populi, de quo 2 Reg. cap. 24, non peccasse Davidem, sed potius peccatum illud esse populi, soluti hujusmodi non esset difficultas: dici etenim posset, nunquam peccasse Davidem, excepto verbo Uriæ, ex quo regnum obtinuit. Nam cùm de cæde Nabal consilium iniit, nondū Israelitici regni gubernaculum sumperat. Sed quod Abulensis putat, nemini probatur: cur enim tam grave supplicium subiisset populus, nisi grave aliquod peccatum processisset? Neque ignorabat Job illam numerationem non fore sceleris expertem, cùm illum ab ejusmodi facto detergere voluit. Et

ipse rex apertè confessus est, cùm dixit v. 10: *Peccaui valde in hoc facto, sed præcor, Domine, ut transferas iniuriam servi tui, quia stulte egimis.* Quæ autem fuerit hujus peccati gravitas, dicemus suo loco.

Dici fortassis posset, tantum in Uriæ verbo peccasse Davidem, quia illud tantum peccatum publicum fuit: cùm re ipsa Uriæ thalamum adulterio fodaverit, et Iuriam innocentem occiderit; reliqua verò peccata neque in actu prodierint, neque fuerint omnino manifesta. In Scripturā verò sacrā illa dicuntur esse, que facta cognoscuntur; et illi facta esse negantur, quæ ignota sunt. Sic Melchisedech ad Hebr. 7, 3, sicut patre esse dicitur, sine matre, et sine genealogia, quia de ipsis genere atque natib⁹ nihil est à Scripturā sacrā proditum. Hoc sensu spiritaliter illa dicuntur esse, que facta cognoscuntur; et illi facta esse negantur, quæ ignota sunt. Sic Melchisedech ad Hebr. 7, 3, sicut patre esse dicitur, sine matre, et sine genealogia, quia de ipsis genere atque natib⁹ nihil est à Scripturā sacrā proditum. Hoc sensu spiritaliter illa dicuntur, et his notantur litteris S. P., id est, sine patre, quæ incertis sunt nati parentibus. Cùm ergo Davidis animum atque consilium non fuerit consecuta cedes Nabal, et quid ipse cogitaverit, illi tantum nōscent, quorum ipse manus in Nabal, illius familiæ extiunti armasset; et hominum vulgus cogitationes hominum neque videat, neque curet, illud tantum esse peccatum judicial, quod exitus probat. Quare apud vulgares homines imperitamque multitudinem, à quorum loquendi consuetudine Scriptura sacra recedere non solet, non sat est, peccatum voluisse, aut aliquem adhibuisse conatum, nisi voluntatem et studium consequatur eventus. Idcirco hoc peccatum esse vulgus non putabat, quia neminem videbat extinctum, neque quis sensu fuerit David profetus, meditabatur. Sed huic expositioni obstat numerus populi manifestum peccatum, illudque septuaginta mille hominum interiū punitum.

Alio modo dici posset David tantum semel peccasse in causa Uriæ, quia tunc ut homo privatus, sive obsecratus libidini peccavit; si qua verò alia fuerunt peccata, admisit ut publica persona, quia fuit numerasse populum, aut aliquod tulisse iudicium non aquam, aut certè hoc, de quo nobis in præsentia commentatio. Sed neque hoc illo modo satisfacit, quia etiam in aliis peccatis suis affectibus obsecratus est: furori nimiri, aut studio vindictæ, cùm ad Nabalis cædem anhelabat; ambitione, cùm populi censem haberi voluit; aut, ut nonnulli volunt, avaricie. Quare non errore lapsus est in publica causâ procurandâ, sed privata malitia, dum plus satis suis affectibus indulget.

Res est sanè difficultis, in quā laborarunt plurimi interpres, qui ferme omnes eō inclinant, ut putent in uno tantum Uriæ verbo peccasse Davidem, quia hoc fuit enorme; reliqua verò illius comparatione exigua, sive genus illorum, seu durationem species. Quam ego sententiam sic explico: In Scripturā sacrā usitatum est, ut si pauca desint ex magno numero, nihil existimet defuisse. Unde si ex multis unus peccavit homo, nullus peccasse dicitur, et omnes dicuntur non peccasse. Sic quia David multa edidit opera laudabiliter et sancte, etiamque aliquando peccaverit, quia id fuit perquam rarō, nunquam peccatum traditur, aut quod idem est, omnes Dei fecisse voluntates. Sit de illi Actor. cap. 15, v. 22: *Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.* Et Eccl. cap. 49, v. 4, dicitur non admissem peccatum. Et idem affirmatur de Josiā atque Ezechia, qui licet aliquando peccaverint, id fecere perquam rarō, et innumeris benefactis, peccatorum surorum nomen atque memoriam obtriverunt. *Præter David, et Ezechiam, et Josiam, omnes peccatum commiserunt: nam reliquerunt legem altissimi reges Iuda, et contemptuerunt timorem Dei.*

Ut ergo peccata numero pauca, ubi recte facta occurruunt numero plurima, nulla existimantur, sicut etiam peccata, quæ aut levia sunt, aut qua brevi fuerunt ab animo bene constituta detersa, neque diu insuderunt, obstinata conscientia, censentur non fuisse: sicut natus non existimatur, qui ubi primū est exceptus in lucem, statim interierit. Quoniam puer exadulterio natus ex Bethsabee non numeratur in filiis David, quia vix dum natus interierit. Et cū filia Archisynagogi verè mortua fuerit, Christus tamen, Matth. cap. 9, dixit non esse pueram mortuam, quia nemp̄ citio erat ad vitam rediutorum. Et idem Christus Joan. 47, dixit se non esse in mundo, quia citio erat abituras ē mundo. Sic. 1. 5. Divortiis, uxori si brevi est reversa, non dicitur divertisse. Id quoque Hieronymus docet Epist. ad Rusticum, et habetur in cap. Septies 25, de Poniit. d. 5: *Cœptis cedit justus, et resurgit. Si cedit, quoniam justus; si non, si justus, quoniam cedit?* Sed justi vocabulum non amittit qui per penitentiam semper resurgit. Cū igitur in verbo Uriæ, id est, in peccato contra Iuriam, diu hascerit David, quia jam natus erat ex adulterio filius, quando à Nathana propheta reprehensus resipuit, et egit penitentiam, illud solum pec-

catum admississe narratur. Cætera omnia statim exortatus est, ut prima ad se redit, quale fuit hoc, quod ad orationem Abigail confessim dannavit, et gratias egit, quod ab illa probilis gladium in vaginam recondere, et manus referret à cæde puras. Quocirca optimè juxta communem hominum sensum, et Scriptura consuetudinem, excepto verbo Uriæ, nunquam declinasse dicitur David à viis Domini, quia vél modice deflexit, vel statim redit. Que verò ita sunt, vulgus hominum à peccatorum nomine et turpitudine liberat:

An verò David violato ad preces Abigail iuramento peccaverit, cùm Nabal pepercit, cui extrema omnia fuerat minatus, non est quæstio difficultis; quam dilutus Augustinus serm. in Decollatione Joannis Baptiste, et Beda homili. 44 in eodem festo, ubi negant ibi intercessisse peccatum, sed potius grave in executione fuisse futurum. Vide 22, q. 4.

VERS. 36. — VENIT AUTEM ABIGAIL AD NABAL, ET EGO ERAT EI CONVIVIUM IN DOMINA EUS, QUASI CONVIVIUM REGIS. Redit dominum Abigail latu, quid à conjugi jugulo Davidis ferrum ferre avertisset, quem inventit bilare, et multitudine convivarum, et splendore genialis convivit. Erat enim regio instructum apparatus, id est, abundans et splendida, quale à regibus exhiberi solet. Est autem usitatum, et penè proverbiale in Scripturâ, ut quæ eximia sunt, regum esse dicantur. Sic Cant. 7, 10, sponsæ capilli purpurei assimilantur regiae, id est, pretiose. Et Isa. 60, lactanta dictur Ecclesia regum mammilla, id est, suavæ nobilit. Et magne delicia regum esse dicuntur, Genes 49: Provebit delicias regibus. Cum autem conjugem jucundum et obvium invenisset, nihil illi eorum, qua gesta fuerant, aperit, tum ne nocturnum illud convivium intempestivâ narratione turbaret, tum quia in temeritatis commota mens est, et parum rebus percipiendis aut considerandis idonea. Expetavit igitur matutinam lucem, ut etiam vinum per otium edornisset, rem totam cognosceret, et quid presens ille rerum articulus exigere, accuratius expenderet.

VERS. 37. — ET EMORTUUM EST COR EIUS EXTRINCUS, ET FACTUS EST QUASI LAPIS. His verbis grandis significatur stupor, qui ex subito quodam horrore, et ex duro atque inopinato successu ac nuntio concipitur, qui solet sic hominem vehementer afflire, ut exsanguine reddat et exanimet. Dicitur autem cor Nabalis

emortuum, quia sic obstupuit, ut omnem amiserit sensum, quod sepè in metu atque dolore contingit. Legimus enim, et vidimus sapientes multos sic fuisse examinatos dolore, ut habiti etiam fuerint pro mortuis. Quare in gravi stupore, atque ægritudine animi, et mens excidisse, et oculis lux sublata quibusdam fuisse dicitur. Sic sanè Ovidius de se lib. 4 de Tristibus eleg. 5, ex eo quod alii contigisse videbat:

*Non alter stupui, quād qui Jovis ignibus ictus
Vivit et est vitæ nescius ipse ipse.*

Ut tamen hanc anima nubem dolor ipse removit,

Et tandem sensus convenerit mei.

Neque aliud significant illa poetarum fabulosâ commenta, que fingunt Niobem, eum filiorum cælestium aulisset, conversam fuisse in lapidem, quād illam præ nimio dolore amississe sensus omnes, et instar lapidis obriguisse. Hoc omnino accidit Nabal, ubi primum dicitur, quo in periculo fuerit, et quād abfuerit parum ut inter epulas et cœtus eboriorum, eboris ipse et amens occidetur. Hæc fuit sine dubio causa, cur eor mortuum esse dicatur interitus. Est enim ridiculum, quod docent quidam Hebreorum magistrî, idèo in lapidis similitudinem induisse cor, quia vehementer doluit Nabal oblatâ Davidi ab uxore munera suis facultati bus fuisse detracta.

VERS. 38. — CUMQUE PERTRANSISSENT DECEM DIES, PERCUSSET DOMINUS NABAL, ET NERIUS EST. Decem dies transagit Nabal alienus à se ipso, ita ut lapidem potius, aut cadiuscem, quād hominem vocares : quibus exactis interit à Domino percussus, an novâ aliquâ plâga, vel ingravescente magis cordis duritate, incertum est : aliquid tamen accidisse à sensum stupore et cordis induratione diversum, verisimilis, quia post decem dies percussus esse dicitur, novâ videlicet plâga, sicut indicat ipsius dicendi genus.

VERS. 39. — BENEDICTUS DOMINUS, QUI JUDICAVIT CAUSAM OPPROBRII MÌI DE MANO NABAL, ET SERVUM SUUM CUSTODIVIT A MALO. Hinc colligebat Abulensis, ut nos supra notavimus, non tam Davidem succensisse Nabal, quid rogata vita subsidiu denegasset, quād quod legatos onerasset conviciis, et Davidis socios fugitivorum ignobilium turbam appellasset. Ego in opprobrio illutrume cognoscens, et irrogatam ignominiam Davidi ac sociis, et negatum esse quod petebatur, alimentum; repulsam enim pati opprobrium quoddam est. Unde qui non exorit, quod orat supplex, confundi dicitur,

aut erubescere, ut paulo ante dicebamus. Agit ergo gratias David Deo, quod non permisit vindictam opprobrii illius sumi à mortali manu; sed ipso inclementer atque injurie illius vindex esse volerit. Quibus verbis agnoscat conatum illum non esse futurum sceleris expertum, quando se à malo servatum esse profiteretur.

ET MALITIAM NABAL REDDIT DOMINUS IN CAPUT EIUS. Malitia Nabal fuit ingratius animus, inclemencia, verborum libertas, et lingua immoderata proocreas; quæ luto homo illæ rusticus et barbarus capituli ponat. Et licet ejusmodi supplicium irragari soleat leviori ac veniali culpe, qualis fuit uxoris Loth, quæ in statum salis conversa est, Genes. 19, et Prophetæ, qui occasio fui à leone, 3 Reg. cap. 15, tamen improbabile non est aliiquid à Nabal commissum esse gravius, cum indigentibus, benèque de se meritis, quo tempore rebus abundaret omnibus, subvenire noluerit, propter quod tam severo decreto in illius capit actum est.

Vers. 39. — ET LOCUTUS EST AD ABIGAIL, UT SUMERET SAM SIBI IN EXOMEN (1). Placuit Davidi plurimi de causis Abigail, et quod speciosa esset, ac liberali forma, quid eloquio prudens, et optimæ mater familiæ, et quod illius opera manus suas servasset immoxias, et communem totius populi invidiæ et odium declinasset, quan non effugisset, si contributum sum Nabal propter negatam alimoniam occidere. Quare illam uxorem sibi assumere diceret, deque cæræ legatione misit. Quam illa accepit lubens, et quasi magnum agnoscere.

(1) David ducent Abigail, representavit Christum, qui sibi Ecclesiam ex gentibus despondit. Hæc enim amissio viro, cui ante juncta fuerat, transiit ad Christum, censu pio, dives, humilitatis, et felicitatis, miserericordia: quæ data patrimonio, etc., cui sponsus jucundatorem confort et gratiam, emundans cum ab omnibus pulchritudinis ejus impedimentis, » ait S. Ambros. Epist. 55 ad Irén. Qui et subdit Achinoam alteram Davidis uxorem significat synagogam Judgeorum. « Achinoam enim, inquit Ambrosius, Hebr. idem est, quod frater mei connubio; talis autem fuit synagoga, quam nutantem inventens diabolus, sicut leo diruit, et jucundatorem ejus abstulit, et arescere fecit fructus ejus, juxta illud psalm. 45: Posuisti nos in parabolam gentibus, communionem capitis in populis, » Ap̄tius tamen Pagin. in Nom. Hebr.: Achinoam, inquit, Hebr. idem est quod, frater jucunditatis, sive pulchritudinis; aut, frater mens decor, sive jucunditas; quod Iudeas ad Christum conversis aptè congruit.

(Corn. à Lap.)

ret beneficium, procubuit in faciem, et absensem Davidem, ex Hebraeorum opinor consuetudine, supplex adoravit. Et insuper addidit, existimare se bene secutus agi; si modò liecat in domo David è servorum pedibus sordes abluendo detergere (1).

Vers. 42. — ET FESTINAVIT, ET SURREXIT ABIGAIL. Non distulit Abigail postulata complere, neque deterruit à nuptiis aut Davidis inopia, aut steriles et vasta solitudo, in quâ vagus et profugus incertis semper solibus errabat; neque Saulis potentia, qui nullum non movebat lapidem, ut quem ambibat conjugem, op̄imeret. Sed confessim assumpsit secum puellas quinque pedissequas et honorarias, et secutæ nuntios, seu verius paranyphos et prombos, ad Davidem abiit, et cum eo coniubiali vinculo sociata est. Quid deinde fecerit Abigail, dum vagus et extorris in sylvis vagaretur novus maritus, Scriptura non tradidit; est tamen verisimile, reditus in Carmelum, ut rem familiamque curaret, interim dum David incertis per sylvas sedibus erraret; neque enim verisimile est, habere voluisse Davidem secum in confragois locis, et expositis Saulis insidisi, feminam delicatam et nobilem, et quæ futura erat cum suo comitatu feminine militibus impedimento maximo. Absens verò præstare poterat varius usus illi exulum turbe, cum præbere posset ad victimum necessaria, commodare hospitum, si quando ad Carmelum, qui non procul aberat, divertiret. Cum autem jam habuit certam sedem extra Saulis regnum, in terra Philistinorum, in civitate Siceleg, illi secum habuit Abigail, ut constat cap. 50; nam inde ab Amalectis abducta dicitur captiva, et in civitate Geth cap. 27.

Hæc autem Abigail meliori, quād alia uxora.

(1) VERS. 41. — ECCE FAMILIA TUA SIT IN ANGULAM, UT LAVET PEDES SERVORUM DOMINI MEI. Abigail absensem Davidem, quasi presentem in legatis ab eo missis alloquitur, ejusque se vocat familiarum et ancillam; atque hæc sùa humilitate meruit fieri ejus uxor et regina Israelis. Unde ipsa typus fuit B. Virginis, quæ electa à Deo in sponsam, et à Verbo in cælum incarnando in matrem, dixit Gabrieli archangelo: Ecce cuncta Domini: fuit mili secundum verbum tuum. Idecō ipsa ancilla Dei facta est mater Dei. Verè Eccles. c. 26, v. 4: Mulieris bona, inquit, beatus vir, numerus enim amorum illius duplex; mulier fortis oblectat virum suum, et amos vita illius in pace implabit; pars bona, mulier bona, etc.; et v. 16: Gratia mulieris sedulè determinabit virum suum. Gratia super gratiam, mulier sancta et pudorata. Talis enim fuit Abigail.

(Corn. à Lap.)

res, loco apud Davidem esse debuit, tum propter alia ingenii liberalis ornamenta, tum quia illum subsidio juvit, atque consilio; et quia eo illi nupsit tempore, quando inops erat, extorris et vagus, et potentissimi regis insidiis et armis appetitus ad cadem. Aliae uxores tunc in illius thalamum sociali fodere venerunt, una excepta Achinoam, quando aut rex erat renuntiatus, aut certe eo apud omnes habitus loco, ut in exercitu Saülis princeps habaretur, et ab illo cuncti summa sperarunt omnia. Quare ipsa, cùm Davidi nupsit, multò quād ille erat locupletior. Cui dicere potuit multò verius, quād Oenone Paridi, cui seru atque pastori nupsaret, à quo tamē, cūm ē regio sanguine ortum se esse cognovit, dñe dñe fuit: ad quem illa sic gravior merito que conquista:

Nondum tantus eras, cūm te contenta marito Edita de magno flamine Nympha fuī.

Qui nra Priamides (adgit reverentia vero)

Servus eras, servo nubere Nympha tuli.

VERS. 45. — **SED ET ACHINOAM ACCERIT DAVID EX JEZRAEL.** Eodem tempore, quo durius vexabatur a Sacle, alteram etiam duxi uxorem, ex quā primogenitum suscepit Adoniam; quam etiam secum habuit in Siceleg, ut habes infra, cap. 50. Erat autem Jezrael in tribu Juda, in eo ipso loco, in quo aliquandiu vagatus

CAPUT XXVI.

1. Et venerunt Ziphaei ad Saül in Gabaa dicentes: Ecce David absconditus est in colle Hachila, que est ex adverso solitudinis.

2. Et surrexit Saül, et descendit in desertum Ziph, et cum eo tria millia viorum de electis Israel, ut quereret David in deserto Ziph.

3. Et castramatus est Saül in Gabaa-Hachila, que erat ex adverso solitudinis in viâ; David autem habitat in deserto. Videns autem quid venisset Saül post se in desertum,

4. Misit exploratores, et didicit quid illuc venisset certissimè.

5. Et surrexit David clam, et venit ad locum ubi erat Saül; cùmque vidisset locum in quo dormiebat Saül, et Abner filius Ner, princeps militie ejus, et Saül-

est David, non longè à Mion, Ziph, Carmelo: has enim simul numerat Josue, cap. 15, v. 53.

VERS. 44. — **SAUL AUTEM DEDUXIT MICHAEL FILIUM SUAM, UXOREM DAVID, PHALTI FILIO LAIS (1).** Hinc apparet, quād esset ingenio instabili Saül, cūm uxorem abstulerit, quam antea traxiderat Davidi, cūm prius illum futurum esse regem agnouisset; à quo preclibus obtinuit et lacrymis, ut sui generis ac nominis rationem haberet. Jam verò sic est in diversa mutatis, ut ablati filii, quae servanda fidei atque amicitiae vinculum esse poterat, ruperit nexus qui foederis illius, aut solus, aut maximus esse detulit. Multa hic querit Abulensis, an videlicet in his nuptiis aut dissolvendis, aut contrahendis peccaverit Saül, et David, Michol, et Phalti; quas ego questiones prudens omitto, quād mecum partium esse non posso. Videat apud Abulensem, qui plura volet (2).

(1) Tradunt, vel potius more suo fabulantur Rabbini, Phalti non cognovisse Michol, eō quod gladius inter ipsum et Michol interficeret, idēquod ipsum manusse illiberum sine filiis. Alii assurcent id eum fecisse ex studio pietatis et castitatis. Alii alia communiscuntur; sunt enim ipsi non vasorum, sed opinionum et soniorum signi. (Corn. à Lap.)

(2) Qui erat de GALLIM; ursus erat factil Benjaminita, quippe que ab Isaia 10, 50, cum urbis eius tribus, Laïsa et Anathoth, recensetur. Septuaginta editionis Romana legunt ROMA; Complutenses, Gallim. (Calmet.)

CHAPITRE XXVI.

1. Cependant ceux de Ziph vinrent trouver Saül à Gabaa, et lui dirent: David est caché dans la colline d'Hachila, qui est vis-à-vis du désert.

2. Saül prit aussitôt avec lui trois mille hommes choisis de tout Israël, et alla chercher David dans le désert de Ziph.

3. Il campa sur la colline d'Hachila, qui est vis-à-vis du désert, sur le chemin. David demeurait alors dans ce désert; et comme on lui dit que Saül venait l'y chercher,

4. Il envoya des gens pour le reconnaître, et il apprit qu'il était venu très-certainement.

5. Il partit donc sans bruit, et s'en vint au lieu où était la tente de Saül. Il remarqua le lieu où était la tente de Saül et d'Abner, fils de Ner, général de son armée; et voyant, par le profond silence qui régnait dans tout le camp,

lem dormientem in tentorio, et reliquum vulgus per circuitum ejus,

6. Ait David ad Achimelech, Hethéen, et à Abisaï, filius de Sarvia, fratre de Joab: Qui veult venir avec moi dans le camp de Saül? Abisaï lui dit: J'irai avec vous.

7. Venerunt ergo David et Abisaï ad populum nocte, et invenerunt Saül jacentem et dormientem in tentorio, et hastam fixam in terrâ ad caput ejus; Abner autem et populum dormientes in circuitu ejus.

8. Dixitque Abisaï ad David: Conclusit Deus inimicum tuum hodiè in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lanceâ in terrâ semel, et secundò opus non erit.

9. Et dixit David ad Abisaï: Ne interficias eum; quis enim extendet manum suam in Christum Domini, et innocens erit?

10. Et dixit David: Vivit Dominus! quia nisi Dominus percutserit eum, aut dies ejus venerit ut moriatur, aut in prælium descendentes perirent,

11. Propitius sit mihi Dominus, ne extendam manum meam in Christum Domini. Num igitur tolle hastam quae est ad caput ejus, et scyphum aquæ, et abeamus.

12. Tulit igitur David hastam et scyphum aquæ qui erat ad caput Saül, et abierunt; et non erat quisquam qui visideret et intelligeret, et vigilaret, sed omnes dormiebant, quia sopor Domini irruerat super eos.

13. Cùmque transisset David ex adverso, et stetisset in vertice montis de longè, et esset grande intervallum inter eos,

14. Clamavit David ad populum et ad Abner, filium Ner, dicens: Nonne respondebitis, Abner? Et respondens Abner, ait: Quis es tu qui clamas et inquietas regem?

s. s. ix

que Saül dormait dans sa tente, et tous ses gens autour de lui,

6. Il dit à Achimélech, Héthéen, et à Abisaï, fils de Sarvia, frère de Joab: Qui veut venir avec moi dans le camp de Saül? Abisaï lui dit: J'irai avec vous.

7. David et Abisaï allèrent donc la nuit parmi les gens de Saül, et trouvèrent Saül couché et dormant dans sa tente; sa lance était à son chevet, fichée en terre; et Abner et tous ses gens dormaient autour de lui.

8. Alors Abisaï dit à David: Dieu vous livre aujourd'hui votre ennemi entre les mains; je vais donc avec ma lance le percer jusqu'en terre d'un seul coup, et il n'en faudra point un second.

9. David répondit à Abisaï: Ne le tuez point; car qui étendra la main sur l'oint du Seigneur, et sera innocent?

10. Et il ajouta: Vive le Seigneur! à moins que le Seigneur ne frappe lui-même Saül, ou que le jour de sa mort n'arrive, ou qu'il ne soit tué dans une bataille, il ne mourra point.

11. Dieu me garde de porter la main sur l'oint du Seigneur! Prenez seulement sa lance qui est à son chevet et sa coupe, et allons-nous-en.

12. David prit donc la lance et la coupe qui était au chevet de Saül, et ils s'en allèrent. Il n'y eut personne qui les vit et sut ce qui se passait, ou qui s'éveillât; mais tous dormaient, parce que le Seigneur les avait assoupis d'un profond sommeil.

13. David étant passé de l'autre côté, s'arrêta sur le haut d'une montagne qui était fort loin, y ayant un grand intervalle entre lui et le camp;

14. Il appela de là à haute voix les gens de Saül, et Abner, fils de Ner, et lui cria: Abner, ne répondrez-vous donc point? Abner lui répondit: Qui êtes-vous, vous qui criez de la sorte, et troublez le repos du roi?